



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

I. Vt duo, qui soli ordinationem praesumpserant, ab omnibus deinceps ordinationibus & Conciliis abstineant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

a duobus temere conuenientibus præsumptam esse clarebat; non minus doloris de præsumptum lapsu, quam de ecclesiæ ipsius conuulsione, in pectoribus omnium diutina collatione versatum est.

C A N O N E S.

I.

Primum itaque, quia non vlciscendi, sed remediandi studium, nutu Domini, vniuersorum peccata prorsus sacerdotali consilio infederat, Canonum in sermonibus singulis proprietate perspecta, patuit quod sicut reprobe præsumpta essent in irritum deuocanda, ita eos qui reprobam præsumpsissent, quamuis confundere censura cogeret, caritati liceret absolvere: præsertim cum hi qui tam peruersa incidissent, a primo lapsus ipsius die adhibitis passim precibus, culpam pœnitentes aut ignorantia, aut circumscriptioni imputassent: quia etsi inueniabile crederetur sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse; leuius tamen erat, quam si ore impudenti fateretur se nota calcasse. Itaque eos qui tam incondita, ac tam instabilia vsurpauerunt, placuit misericordiæ & caritatis occursum, ita in communionem dilectionemque recipi, vt scirent secundum recentem & saluberrimam Taurinatis Synodi definitionem, ad perpetuam vitæ istius suffusionem, nullis se de cetero ordinationibus, nullis ordinariis interfuturos esse Conciliis: quia nihil salubre ab illis statuendum expectaretur, qui tantæ corruptionis tam detestanda exempla præbuerant.

Conc. Taurinense
Can. 3.